

aber sehr langen Papierstreifen geschrieben und dürste Original sein. Die Unterschrift fehlt, sowie auch eine Überschrift und Einleitung.

No. Defectus, quem patitur ecclesia Curiensis et Capitulum ex parte Cornilii. Primo tenet Casadam Michahelem in toto, quae est pro tertia parte ecclesiae Curiensis. Item tenet Michahelem, filium Michahelis, qui habet Gertrudam pro legitima; quae est tota Capituli et est de umbliges. Item tenet Annam, filiam villici de Schiers uxorem ulrici de Fulpeme, quae est tota Capituli, et vir Cornelii. Item tenet filium Folconis, cuius pater totaliter est eccl. Cur., et dicit praedictus Cornelius, quod illa progenies tota sit sua. Item tenet Alpem de Semitz, quae pertinet ad villicationem dictam Molinar sub castro Aspermont, de qua se intro miserunt Johannes Sturn et pancratius frater suus, qui dicunt, esse praedium ipsorum et propter hoc fuit graviter vapulatus praedictus villicus. Item tenet Alpem Termenütz, quae pertinet villicationi aut Margarete de Proel et vult eam habere pro tempore villici ibidem. Not. quod Cornilia accepit per vim et potestatem infantibus Jacobi de Cornilia domum Curtim, super quo Gaudencius frater praedicti Jacobi imperfecti fuit electus ipsis infantibus pro advocate. Item praedictus Gaudencius petit dimidiā partem nomine filiorum fratris sui Jacobi praedicti de Septem vernis porcinis, item unum agrum, quem emit ipse Gaudencius a praedictis infantibus, quem tenet et habet Cornilia. Insuper ipsum Gaudencium privavit et accepit advocatiam praedictorum infantium et suae ac omni hereditati ipsorum per vim et sine justitia. Et supra dictis omnibus rogavi dominum meum praepositum, quod faceret ipsi Gaudentio iustitiam contra Corniliam et propter hoc vulneravit ipsum Gaudentium Cornilia. Item accepit Gaudentio 7 Karratas messis et tantum in feno, quod valet 7 libras mez. Item unum Caldare, quod valet 7 lib. mez. Et totam subpellectilem domus accepit praedictus Cornilia. No. defectum et damnum, quod post recessum domini S.(igfridt) Ep. Cur. Mathias de Alrusen per Nobilem Donatum dominum de Vatz et ipsius homines tam nobiles quam ignobiles a tribus annis (passus) est. Primo acceperunt homines illius de Vatz Ulrico et Mathiae de Alrusen 30 med. Cur. mensurae et 8 P. m. m. cas. per duos annos contra justitiaen. Videlicet homines de valle Rheni et de Schams. Item eidem unam funem de corio, quae valet 2 libr. mez. Item praedicti homines de valle Rheni et de Schammes fregrerunt villico Constanze Cellerar. suum et acceperunt omnia, quae ibi invenerunt,